Sala 5
Gab. –
Est. 56
Tab. 19
N.º 1

Sala 5
Gab. –
Est. 56
Tab. 19
N.º 1




UNIVERSIDADE DE COIMBRA
Biblioteca Geral
1301500913

Caja (2)-4-19
3.ª (6)-13-

CARI

SEMPER . SIBI . DESIDERATI

ATQUE . COLENDI

**PATRIS . MEMORIAE**

IN

AETERNVM . GRATI

AC . VENERABUNDI . ANIMI

**MONVMENTVM**

O. D. C.

EMMANUEL DE CARVALHO DE VASCONCELLOS.

b 24534973

# THESES
EX
# UNIVERSO JURE
## SELECTAE,
QUAS,
PRAESIDE
CLARISSIMO AC SAPIENTISSIMO
D. D. FREDERICO DE AZEVEDO FARO E NORONHA
DOMUS REGIAE PATRICIO,
EXIMIO JURIS ROMANI PRAECEPTORE,
OMNIBUS VIRTUTIBUS VIRO EXORNATISSIMO,
CAET., CAET., CAET.
PRO
LAUREA DOCTORALI OBTINENDA
IN
CONIMBRICENSI ACADEMIA
PROPUGNANDAS

*Integra hujus mensis* *die*

O.

EMMANUEL DE CARVALHO DE VASCONCELLOS.

# INAUGURALI DISSERTATIONI

EX

## AMPLISSIMAE JURIS FACULTATIS DECRETO

### ARGUMENTUM:

O navio francez CHARLES et GEORGES, capturado pelos portuguezes nas aguas de Moçambique, deve considerar-se — boa, ou má presa?

## Ex Juris generatim, necnon Romani, Canonici, Lusitanique Historia.

I

Si populorum omnium, quibuscumque temporibus exstitere, legum collectiones inter sese comparemus, ibi ad novam scientiam efformandam elementa fuisse demonstrabimus.

II

Roux-Lavergne de Historiae philosophia opinionem impugnamus.

III

Quae vera criminalis instructionis fundamenta statuunt, in Attica Legislatione regulae inveniuntur.

IV

Politicam Romanae Reipublicae evertendae causam in prava Provinciarum administratione reperimus.

V

Legem sub Augusto, quae in Principem supremam omnem potestatem transferret, fuisse negamus.

VI

Neque a Lutheri, ejusque adseclarum praedicationibus, neque a Cleri corruptelis, neque a summa ob cogitandi libertatem contentione, ut vult Cl. Guisot, seculi XVI haeresim, Protestantismum scilicet, ortum esse putamus.

VII

Religiosa tum in Oriente, tum in Occidente, Instituta socialium temporis, quo fundata sunt, necessitatum fuere levamen.

VIII

Bonorum communionis (communismo) usum, omni aevo societati perniciosum, non commendavit Jesus Christus.

IX

In politicae constitutionis, et in singulorum civium libertatis exaugendae, causis ponimus Lusitana Municipia.

## Ex Jure naturae, publico, gentium; et legum ferendarum scientia.

I

Homo liber;

II

Iedeoque obligatoriae legi obnoxius.

III

Cujus criterium universalitas.

IV

Officium juris cujusque fundamentum.

V

Publicorum nationis comitiorum membra ab Regni Ministrorum munere excludi oportet.

VI

Imperantium est publica studia dirigere.

VII

*Diplomaticos* Legatos territorialis jurisdictionis non omnino esse debere immunes, contra Vattel ostendemus.

VIII

A suprema nationis cujusque potestate Delegatus, ut mercatoriae navis, ad cujus marginem adsit, operationibus invigilet, non eam locali jurisdictione eximit.

IX

Fundamentale principium, quod in conficiendis legibus spectare debet Legislator, est—Socialis utilitas.

**Ex Jure Ecclesiastico Publico, et Canonico; necnon Lusitanae Ecclesiae immunitatibus.**

I

Christianae Religionis moralem non oppugnat, sed potius firmat, hodierna vera philosophia.

II

Ut nunc sese habent nostrae institutiones, cultuum libertas non admittenda:

III

Prorsusque liberae tantum Reipublicae congruit.

IV

Apostolicae origines Praesbiteri,

V

Qui ordinis potestate Episcopis inferiores;

VI

Horum praestantia a Christo instituta.

VII
Isidori Mercatoris Decretales neque materia falsae,

VIII
Neque Ecclesiae disciplinam penitus immutarunt.

IX
Ad Principem recursus jus summae potestati (Soberania) inhaerens.

---

## Ex Jure Romano.

I

Qui in praedio suo alteri servitutem exercere contendenti obstare velit, eam non existere, probare non tenetur.

II

E contractu, in quem pupillus, non consentiente tutore, interveniat, naturalis obligatio emanat;

III

Cui finem adfert praescriptio;

IV

Et quae non modo per hipothecam confirmari potest;

V

Sed etiam in hipothecatam rem creditor actionem habet hipothecariam.

VI

In legatis ex die certo relictis testatoris mortis tempore dies cedit.

VII

Ob laesionem enormem non infirmantur transactiones.

VIII

De possessionis fundamento et effectibus generatim Savigny doctrinam rejicimus.

IX

Quae (possessio) non factum, sed jus.

## Ex Jure Politico Lusitano, Administrativo, et Mercatorio. Ex Politica Oeconomia et Statisticae scientia.

I

Statutum art. 1.° § 1.° *Carta de lei de 17 de Agosto de* 1853, oeconomiae, bonis moribus, publicaeque institutioni, valde consentaneum existimamus.

II

Conventiones 22 et 26 Junii, et 13 Julii 1854 de extraditione Portugaliam inter et alias nationes contractae, non contrahentibus modo, verum universae quoque societati perutiles.

III

Municipale systema Lusitanum a supremo perfectionis gradu longe abest.

IV

Creditores inter et decoctorem pactum, juxta Cod.

Com. Port. argentariae dissolutionis (fallencia) *classificationem* excludit.

V

Privati mercatorum libri, per se ipsi tantum nunquam in judicio fidem facere debent.

VI

Reditus, nec non capitis impendium (juro do capital), non modo legitima, sed etiam adcipientibus et solventibus utilia.

VII

Bastiat de valore theoria, caeteris hucusque praeferenda, auctoris finem minime adtingit.

VIII

Territorialis fidei societates (sociedades de credito territorial) ex Cl. Wolowski sententia institutae, et in Gallia Dec. de 28 de Fevereiro de 1852 adoptatae, quod intendunt efficere nequeunt.

IX

Ad rectam populi cujusque administrationem necessarium elementum — Statistica.

## Ex Jure, tum Civili, tum Criminali, Lusitano.

I

Quum testator et haeres institutus uno eodemque infesto casu perierint, utrumque eodem temporis momento periisse intelligendum.

II

Decessio de summa chartacei nummi (o agio do papel moeda) quo solvantur obligationes, Dec. 17 Julii 1834 anteriores, pro ea aestimari debet, quae in usu erat, quum aes alienum contractum est.

III

Filius, qui paternae haereditati nuntium remittit, avi adiens, patris debita non tenetur solvere.

IV

Mulier in hora mortis viri nupta, matrimonio per

posteriorem coitum non consummato, dimidiam ejus bonorum partem habere nequit.

V

In materia poenali legalium probationum systema rejicimus.

VI

Poenam jus esse delinquentis cum Hegel sustinebimus;

VII

Contra vero Cl. E. de Girardin, puniendi jus adeo libertatis usum non impedire, ut potius tueatur.

VIII

Poenalis lex non modo territorialis, sed personalis etiam; unde unicuique nationi jus est, intra sui territorii fines, cives eos, qui extra deliquerint, puniendi.

IX

Cod. Pen. art. 20, n.° 8, nobis non adridet.

## Ex Praelectionibus Hermeneuticis, Analyticis et Diplomaticis.

I

*Explicativa* tantum, non autem *restrictiva*, aut *extensiva*, esse debet poenalium legum interpretatio.

II

Ord. L. 4.° tit. 1.°

III

Ord. L. 4.° tit. 58, pr. §. 1.°

IV

Ord. L. 1.° tit. 66, § 11.

V

L. 7. C. De Legibus.

VI

Cap. ult. X De Praescriptionibus.

VII

Cod. Pen. art. 20 n.º 7.

VIII

N. R. J. art. 988.

IX

De Orichiensis agri pugna Cl. A. Herculano sententiae adsentimus.

CONIMBRICAE — TYPIS ACADEMICIS — MDCCCLIX.

VII

Cod. Pen. art. 20 n.° 7.

VIII

N. R. J. art. 988.

IX

De Orichiensis agri pugna Cl. A. Herculano sententiae adsentimus.

CONIMBRICAE — TYPIS ACADEMICIS [illegible]

60984 81800

THESES

DE

PHILOS

1859

A

1869